

& nunc prædicti Domini Electi hanc cartam rogatus scripsi.

(1) *Erant tunc indictio VI.*

*Confirmatio Presbiteri Andreae in Rectorem
Ecclesiae S. Nazarii a Domino Oglerio
Aquensi Electo facta.*

254

MCCXCIII.

Anno Domini MCCXCIII., indictione VI., die 10
Veneris VI. intrante junio (1) in civitate Aquis
in claustris majoris Aquensis Ecclesiae praesentibus
D. Arancho Aquensi Canonico, D. Oberto Mare-
scalcho Aquensi Canonico, Alexandrino Bellexio
Aquensi Canonico, & Leone Morando de Aquis
testibus vocatis, & rogatis. Bellexius filius quon-
dam Paganini de Bellexiis de Aquis, & Clericus
Ecclesiae sancti Nazarii de Predasco petiit licentiam
a D. Oglerio Aquensi Electo eligendi unum Mini-
strum in Ecclesia sancti Nazarii de Predasco. Qui 20
Dominus Electus dedit ei licentiam, & concessit
eligendi, seu postulandi unum bonum, & sufficien-
tem ministrum Bellexius habita licentia,
& obtenta eligendo postulavit, & postulando elegit
D. Presbiterum Andream Januensem virum provi-
dum, & discretum, & eum recepit in osculo pacis
ad beneficium praedictae Ecclesiae. Quam
electionem Bollengius, & Percivalius Domini de
Predasco praesentaverunt eidem D. Oglerio Electo
Aquensi, & petierunt eandem electionem, seu po- 30
stulationem ab eodem humiliter Electus
eorum precibus inclinatus praedictam electionem,
seu postulationem utpote canonicam laudavit, re-
cepit, adeoque probavit, & confirmavit, & suam
auctoritatem interposuit, & decretum An-
dreae cum uno baculo, quem in manibus habebat,
investivit tam in spiritualibus, quam in tempora-
libus praedictae Ecclesiae. Qui dictus Dominus Pres-
biter Andreas praedicto D. Oglerio Electo Aquensi
suo nomine, & suae fidelitatem; & pra- 40
dictus D. Oglerius Aquensis Electus praecipit Bel-
lexio Clerico praedictae Ecclesiae, ut ipsum Presbi-
terum Andream ponat in possessionem corporalem
praedictae Ecclesiae, & praedictus Dominus Electus
praecipit fieri Jacobus Botatius Imperiali
auctoritate Notarius, & nunc praedicti Domini Electi
hanc cartam rogatus scripsi.

(1) *Hic emendanda vel dies mensis, vel hebdo-
madae. Primum puto, quia facilius errari potest in
numero, quam in verbo; ac proinde reponendum V. 50
intrante junio.*

*Induciae indictae inter Marchionem Montisferrati
commune Alexandriae, Aquarum, Caxinarum,
& Grogardi ad V. annos.*

255

MCCXCV.

In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Anno
Nativitatis ejusdem MCCXCV., indictione VIII.,
die lunae VI. mensis junii in Ecclesia majoris Beatae 60
Mariae civitatis Aquarum D. Gullielmus marchio
de Carreto procurator illustris viri D. Joannis Mar-
chionis Montisferrati ad haec specialiter constitutus

ut patet per cartam factam per Odonum de Paga-
nino Notarium hoc eodem anno, millesimo, & in-
dictione die Jovis prima mensis junii, vice, & no-
mine ipsius D. Marchionis Montisferrati terrae suae,
& omnium Vassallorum ipsius D. Marchionis, & homi-
num ex una parte, & D. Facius de Gen. civis Ale-
xandrinus syndicus, & procurator communis, & univer-
sitatis Alexandriae ad haec specialiter constitutus, ut
patet per cartam factam per D. Mostardum Notarium,
hoc eodem anno, & indictione die Dominico V.
mensis junii nomine ipsius communis, & univer-
sitatis Alexandriae, & districtus, & jurisdictionis Ale-
xandriae, & pro communi, & hominibus civitatis
Aquensis, jurisdictionis, Episcopatus, & districtus
Aquensis, & pro communi, & hominibus Caxina-
rum, & jurisdictionis, & districtus Caxinarum, &
hominibus Grogardi ex altera, pro bono ipsarum
partium fecerunt, constituerunt, & firmaverunt bo-
nas, & incorruptibiles treguas inter sese invicem,
& inter ipsum D. Marchionem Montisferrati, ter-
ram, homines, & vassallos suos, & commune, &
homines Alexandriae, jurisdictionis, & districtus,
& commune, & homines Aquensis Episcopatus,
Aquensis jurisdictionis, & districtus eorundem, &
commune, & homines Caxinarum, jurisdictionis,
& districtus, & commune, & homines Grogardi,
& cum ipsis communibus, & hominibus civitatis
Alexandriae, Aquensis, & Episcopatus, Caxinarum,
Grogardi, & districtus, & jurisdictionis eorum-
dem, & inter ipsum commune, & homines civi-
tatis Alexandriae, jurisdictionis, & districtus, com-
mune, & homines Caxinarum, & districtus, com-
mune, & homines Grogardi, jurisdictionis, &
districtus ejusdem, & praedictum D. Marchionem
Montisferrati terram suam, & vassallos, & homi-
nes suos, & cum ipso D. Marchione terra, homi-
nibus, & vassallis suis; ita tamen quod non intel-
ligantur positi in hac tregua pro parte D. Mar-
chionis, nec nominati pro ipso aliqui homines, vel
vassalli, qui modo stent in civitate Alexandriae, nec
qui sint sub jurisdictione communis Alexandriae, nec
in aliqua terra, vel loco, qui teneatur per com-
mune, & homines Alexandriae, nec per commune,
& homines civitatis Aquensis, vel Episcopatus
Aquensis, nec per commune, & homines Caxina-
rum, vel Grogardi, sed pro parte communis Ale-
xandriae sint in tregua. Quae tregua duret usque ad
quinque annos proxime futuros, & annum unum
de continuando, sub pactis tamen, & conditionibus
infra scriptis, quia sic inter ipsas partes expressum
convenit.

Primo. Quod quidquid inter commune, & homines
civitatis Alexandriae, jurisdictionis, districtus, Aquen-
sis Episcopatus, jurisdictionis, & districtus, Caxina-
rum, & districtus, & Grogardum habent, & te-
nent, illud habeant, & teneant durante dicta tre-
gua, & anno de continuando, ita quod de hoc
non moveatur eis quaestio per ipsum D. Marchio-
nem Montisferrati, nec per suos vassallos, & homi-
nes, nec fiat per ipsum, nec per suos vassallos, &
homines, quominus ipsa communia civitatum Ale-
xandriae, Aquarum, Caxinarum, & Grogardi,
quae nunc habent, & tenent, habeant, & teneant